



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 55. Parisiensis Universitatis studium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI se Novembri ad finem vergente Joannes
A.C. 1585 Hauchinus Mechliniensis Archipræsul,
 cui Cardinalis Granvellanus Anno Chr-
 sti millesimo quingentesimo octogesimo
 secundo hanc dignitatem cesserat, Hen-
 ricum Gravium tunc Facultatis Deca-
 num accersivit, eique declaravit, quod
 a Pontificis Legato recepisset manda-
 tum, vi cuius curaret, ut hæc doctri-
 næ explicatio quamprimum conscriberetur:
 ergo Decanus Lovanio redux
 conferens hæc mandata Doctoribus con-
 gregatis exponit, atque etiam hanc ex-
 planationem conficiendi curam Joanni
 Lensæo regio Theologiæ Doctori de-
 mandabat, ut postmodum hæc expli-
 catio cunctis traderetur Doctoribus,
 hique desuper scripto mentem suam ape-
 rirunt. Id etiam effectui datum est
 anno sequenti.

§. LV.

Parisiensis Universitatis Studium.

*Argentre
 coll. jud. t. 2.
 pag. 459.*

Hoc anno Parisiensis Universitas in
 unum congregata decernebat, ad-
 eundum esse Regem, rogandumque,
 ut jubeat in vinculis detineri, & judi-
 cari quemdam Fratrem Franciscanum
 Italum, qui famosum libellum scripse-
 rat adversus summum Pontificem, &
 Sacræ Romanæ Sedis Cardinales.

Huic

Huic negotio jam primis anni currentis diebus initium dabatur, & quidem die nona Januarii ab Universitate statutum, ut apud Inquisitorem Catholicum denuntiaretur Italus ille Franciscanus, qui publice Theologiam docebat: die autem vigesimo primo ejusdem Mensis indicta sunt a Rectore privata comitia apud Grassinorum ædes, in quibus de duobus articulis deliberatum est, eorumque primus fuit de reformatione Ordinum omnium Academiæ, de cujus forma cum dubitaretur inter Academiæ Deputatos, questum est, an renovanda esset reformatio olim facta a Reverendissimo Cardinale Tutavillæo anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, an ve temporis præsentis habenda ratio esset: porro eorum secundus egit de coercendis quibusdam vectigalium redemptoribus, qui eoquod inter Academiæ Nuntios olim cooptati fuissent, illius privilegiis contra quam fas esset, gauderent. Ad hos articulos Deputatorum sententia fuit, temporum calamitatem non permittere, ut Cardinalis Tutavillæi reformatio renovaretur, proindeque ex singulis Ordinibus deligi oporteret viros pietate, & consilio insignes, qui reformationis illius articulis diligenter perlectis, atque discussis

Sæcul. XVI.
A.C. 1585.

Sæcul. XVI scuffis, quid tenendum, aut quid im-
A. C. 1585. mutandum videretur, judicarent, ac
 deinde ad Academiam referrent.

§. LVI.

Cleri Gallicani comitia, ejusque postulata ad Regem.

Art. & mem. du Clerge de France Titré 1646. tom. I. pag. 52. **M**ense Octobri ejusdem anni post Christum natum millesimi quingentesimi octogesimali quinti edictum promulgabatur contra Protestantes, vi cuius omnes Regis subditi rursus ad Religionem Catholicam reverti, atque spuriam conscientiae libertatem damnare jubebantur: postea autem in Abbatia sancti Germani de Pratis Cleri Gallicani comitia celebrantur, quibus Borbonius, & Guisus Cardinales præerant: præprimis vero ibi sequentia capita a Rege postulanda decernantur. I. Promulgetur Tridentinum Concilium, illudque juxta correctiones, ac moderationes in Blesensibus comitiis, necnon in Melodunensi Conventu decretas observetur, atque executioni detur. II. Concilia Provincialia celebrandi usus restauretur. III. Statuta circa appellationes ab usurpata jurisdictione condantur. IV. Episcopatibus, Abbatibus, aliisque beneficiis electivis electionum jura reddantur. V. Corruptelæ, vi quarum beneficia indignis
 & in-